



30

~~G. W. 27.~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

*VI-26.*

SIGNAT. ciōiōCCCXIII.

*Stückzettel erled.  
11. XII. 1949.*





DISPUTATIO XIVII

ETHICA

De

92  
VOLUPTATE,

*Quam*

DEO TRIUNO ANNUENTE

In Inclÿta & celeberrima Academia VVittebergenſi,

PRÆSIDE

*Clariffimo & Excellentiffimo Philoſopho*

Dn. IACOBO MARTINI,

Logices & Pract: Philoſoph. Pro-  
feſſore publ.

*Proponit*

THOMAS SCHONBERGIUS

Rupino-Marchicus,

*Ad diem 2. Novembr. Horis Locoq; conſuetis*

VVITTEBERGÆ,

E Typographéo JOHAN. GORMANNI.

---

ANNO M. DC. XIV.



VOLVPTATE

DEO TANTO ANIMANT

In huiusmodi...

et...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

tur  
rur  
ean  
tim  
pra  
est;



lup  
perp







DISPUTATIO XVII.  
DE VOLUPTATE.

*Continuatio.*

Cum sibi Philosophus, & nos cum ipso nobis proposuissimus, quisnam hominis finis & felicitas sit, & quibus medijs ad eam perveniamur, explicare & docere; illis absolutis, ultimo loco rursus, circulo facto, ad felicitatem progredimur, eamq; accuratius duabus hisce disputationibus ultimis, inquirimus. In hac igitur de voluptate, & præcipuè ea, quæ cum summo bono conjuncta est; in sequente ultima de Felicitate ipsa agemus.

THESIS I.



Enendum autem initio est: philosophum bis de voluptate agere, idque sine tautologia, cum id faciat ratione diversa. In Septimo enim Ethicorum libro de voluptate egit, tanquam objecto omnium virtutum moralium, & quarundam affectionum, Continentiæ & Incontinentiæ, eodem libro propositarum: In decimo autem voluptatem consideravit tanquam comitem beatitudinis humanæ perpetuam.

II,

Cæterum Aristotelis secuti ductum primò ostendemus,

A 2

quid



quid sentiendum sit de illa controversia, qua voluptatē nullo modo, modo quandam, modo omnem esse BONAM veteres probabiliter quidem dixerunt. Deinde illorum placita considerabimus qui voluptatem vel summum bonum, vel rem valde malam, id eoque omni ratione fugiendam statuerunt. Ex his ea quæ de voluptate propriè & duplici modo dicenda sunt, manifesta erunt.

### III.

Ac eorum, qui voluptatem nullam esse bonam dixerunt, rationes hæ sunt. 1. Quod voluptas, cum sit generatio sensibilis ad raturam non habeat rationem finis, quod tamen boni debet esse proprium. 2. Quod virtuosus, utpote Temperans, fugiat voluptates, jam verò si bonæ essent, non fugeret. 3. Quod rectæ rationis impediatur iudicium. 4. Quod denique bestiarum & stulti voluptates expetant.

### IV.

Verum opinionem hanc cum Philosopho merito rejicimus. Voluptas enim generatiu non est, cum hæc sit substantiarum, ut ex physicis (a) patet. Neque omnes voluptates sunt sensibiles, sed præstantissimæ sunt in anima ex contemplatione, aut virtutum (b) actione. Neque per omnes voluptates restituitur defectus naturæ indigentis; sed multæ comitantur functiones naturæ perfectæ, quemadmodum exemplis id declarari multis posset.

(a) ex lib. 5. *Physic. Acroam c. 2. t. 8. & 9. lib. 1. de generat. & corrupt. c. 3. t. 18.* (b) lib. 7. *Ethic. Nicom. c. 12. lib. 1. eor. c. 8.*

### V.

Deinde & illud falsum est, quod Temperans omnes omnino voluptates fugiat. Fugit duntaxat immoderatas, illicitas, falsas: veras, honestas (c) sequitur & expetit: Ita etiam voluptates (d) ἀφ' ἑαυτῆς & propriæ consilium, prudentiamque non impediunt, licet impediatur voluptates ἀλλοτρίαι & alienæ. Hæc brutorum etiam puerorumque appetitu iudicium de voluptatis bonitate ferre debemus.

(c) Arist.



(c) *Arist. lib. 3. Ethicor. Nicom. c. 11. lib. M. M. c. 22. lib. 3. Eudem. c. 2 (d)*  
*lib. 7. Ethic. Nicom. c. 12.*

V I.

Probamus igitur illorum potius opinionem, qui quandam voluptatem bonam esse dicebant. Si enim omnis voluptas esset mala, felix omni destitueretur jucunditate: quod est absurdum. Quippe omnis virtus esset sine voluptate, quod itidem falsissimum.

*lib. 2. Ethicor. Nicom. c. 3. lib. 2. M. M. c. 7.*

V II.

Si igitur aliqua dari poterit voluptas, quæ in numero bonorum censi possit, falsa utique fuerit assertio ista universalis negativa, cum duæ contradictoriæ simul veræ aut falsæ esse nequeant.

V I X.

Quemadmodum enim sese habet bonum; ita se habet natura & habitus, utpote quæ bono sunt cognata; similiter & voluptas, quæ naturam & habitum consequitur: At bonorum aliud *ἀπὸ λῶς* & absolutè bonum est; aliud *κατὰ τὴν* & respectu alterius; cur non & voluptatem quandoque bonam affirmemus?

*Arist. lib. 7. Ethic. Nicom. c. 12.*

V I X.

Sed de voluptatibus corporis oritur hic controversia an hæc interdum bonæ sint dicendæ? Respondemus quod sic, partim propter corporis sustentationem, & sobolis (e) propagationem; partim propter moderatum earum usum, quem recta præscribit ratio, & naturæ necessitas postulat.

(e) *Arist. lib. 3. Ethic. Nicom. c. 10. & 11. lib. I. M. M. c. 22.*

X.

Corporis tamen voluptates veræ voluptates non sunt, neque *ἀπὸ λῶς* bonæ; Sed eatenus bonæ judicandæ, quatenus necessariæ, uti jam monuimus,

X I.

Has nihilominus magis homines expetunt: cum vehementer sensus afficiant; cum dolores corporis avertant; cum etiam plerique veras voluptates ignorent.

*Arist. lib. 7. Ethic. Nicom. c. 14.*

'A 3

12. An-





XII.

Animi contra voluptates, ut veræ voluptates sunt, ita corporis voluptatibus longè præstantiores: quippe quæ excessu carent, cum præsertim ex habitibus perfectis proficiantur: quæ etiam ex ijs percipiuntur, quæ τῆ φύσει & ἀπλῶς sunt jucunda. Unde meritò ἀπλῶς bonæ censentur.

XIII.

Ex his elegans deducitur quæstio: quare idem non semper nec omnibus videatur jucundum?

XIV.

Respondemus 1. propter naturam in nobis duplicem: alteram mortalem, quæ corpus; immortalem alteram quæ animam. Quæ enim animæ jam sunt jucunda, injucunda sunt corpori, & contra. Corpus etiam nostrum, cum ex quatuor constet elementis: & hæc qualitates habeant (f) contrarias; iccirco fit etiam, ut varijs, imò sæpè contrarijs, rebus homines afficiantur & oblectentur.

(f) Arist. lib. 2, de generat. & corrup. c. 3, t. 22,

XV.

2. Deinde naturæ nostræ imperfectio constantem ex re aliqua voluptatem impedit. Euripides enim ex Oreste pulchrè dicebat, naturam humanam summam habere jucunditatem ac voluptatem ex rerum vicissitudine & varietate.

Arist. lib. 2, Ethic. Nicom. c. 14. Acciajol in comm. Ethic lib. 7 c. 14. n. 14.

XVI.

His ita consideratis, facile intelligitur, quid de tertia statuendum sit opinione, qua quidam ex veteribus omnem voluptatem bonam defenderunt.

XVII.

Nempè negamus illam, dicimusque, eam duntaxat voluptatem bonam esse, quæ ex bona operatione, bonoque habitu proficiscitur: eam contra malam, quæ malum opinionem & malum habitum comitatur.

XIX.

Definimus ergo voluptatem cum Philosopho, quod sit operatio non impedita, promanans ab habitu secundum naturam  
existen-



existente : ἢ ἡδονὴ ἐστὶν ἐνέργεια τῆς κατὰ φύσιν ἐξέως ἀνεμπροσδι-  
5

*Arist. lib. 7. Ethic. Nicom. c. 12. lib. 2. M. M. c. 7. lib. 6. Ethic. Eudem. c. 12.*

XIX.

Atque hæcenus de primo disputatinnis membro : In alterò videndum nunc est : an in voluptate summum bonum constituendum : an dicendum verò, voluptatem esse rem valdè malam, & propterea omni modo fugiendam :

XX.

Qui ergo voluptatem summum bonum defenderunt cum Eudoxo, Epicuro & horum sectatoribus his ferè nituntur rationibus. I. Illud, quod omnia appetunt, tam animalia bruta, quam homines, summum bonum est statuendum : Sed voluptatem appetunt omnia animalia : Igitur summum bonum nobis statuendum.

XXI.

II. Illud ipsum est optimum statuendum, quod pessimo est contrarium : Atqui voluptas dolori, tanquam rei pessimæ est contraria : Igitur optimum sive summum bonum æstimanda.

XXII.

III. Quicquid per se expetitur est summum bonum : Sed voluptas per se expetitur : Ergo est summum bonum.

XXIII.

IV. Illud, quod suo interventu aliud bonum reddit melius, summum censetur esse bonum : De voluptate verum est prius : Ergo & posterius.

XXIV.

Hic ad primam & tertiam rationem respondent Platonici : de summo bono non ex brutorum appetitu iudicium ferendum & idcirco summum bonum non in voluptate ponendum.

XXV.

Nos cum Aristotele agemus, dicemusque, Platoniorum solutionem esse insufficientem : cum præsertim etiam viri boni interdum voluptates appetant : Bestiæ naturali instinctu voluptatem sequantur : quo tamen tacitè indicant, aliud esse bonum præstantius, licet hoc ignorent.

25. Alte-



XXVI.

Alteram rationem Platonici non admittunt, sed dicunt: voluptatem opponi dolori, non ut bonum malo, sed ut malum (g) malo: quod nos dicimus falsum. Si enim ambo mala essent, ambo fugerent Platonici, cum tamen dolores semper fugiant, appetant voluptatem illi ipsi admodum,

(g) *Aristot. lib. 2. Ethic. Nicom. cap. 8. lib. 10. eor. cap. 2. Acciajol. ibid.*

XXVII.

In postrema ratione Platonici negant voluptatem esse in omnibus absolutam, sed hanc esse exoptatiorem, si alia accesserint bona.

XXIIX.

Hanc solutionem infirmam dicimus: quia hac ratione tolleretur bonum humanum: cum praesertim hoc alterius boni accessione semper possit fieri melius, & magis expetendum.

*Arist. lib. 10. Ethic. Nicom. c. 2.*

XXIX.

Quibus verò rationibus Platonici voluptatem esse malam probare voluerunt, obscurum non est. Leves illæ sunt & futiles. Omne, inquit, bonum esse qualitatem, quam voluptati attribueri non possimus. Falsum id esse dicimus. Nam & in substantia bonum habemus,

*Lib. Ethic. Nicom. c. 6. lib. 1. M. M. c. 1. lib. 1. Eudem. c. 8*

XXX.

Deinde Platonici voluptatem propterea damnant, quod omne bonum sit (h) finitum; voluptas infinita: omne verè bonum sit perfectum; imperfecta voluptas, cum sit motus aut generatio: quod denique voluptas sit turpis & probrosa.

(h) *Arist. lib. 2. Ethic. Nicom. c. 6. lib. 1. M. M. c. 25,*

XXXI.

Sanè facilè ad illa argumenta respondemus, dum primò negamus voluptatem infinitam: dum voluptas neque motus sit neque generatio, dum multas hac in vita voluptates habeamus honestas, bonas, licitas,



## XXXII.

Quod verò voluptas non sit motus, rationes hæ sunt: quia  
 omnis motus; excepto (i) circulari, est (k) imperfectus; voluptas  
 perfecta: quia omnis motus fit in (l) tempore; voluptas etiam in  
 momento, quod (m) tempus non est, quia temporis partes, ut &  
 motus dividi (o) possunt, voluptas verò totum est impartibile.

(i) *Arist. lib. 8. Phys. c. 10. t. 56. & seqq. (k) lib. 10. Ethic.  
 Nicom. c. 3. lib. 3. Physic. c. 2. t. 6. ibid. t. 15. lib. 8. eor. cap. 6.  
 t. 40. (l) lib. 4. Phys. c. 12. t. 112. (m) lib. 4. Phys. c. 17. t. 107.  
 (o) quia à quodam incipit & ad quoddam pervenit lib. 5.  
 Phys. c. 1. t. 3. & alibi.*

## XXXIII.

Ex nostra igitur sententia, & secundum veritatem, voluptas  
 non erit motus, non generatio, non naturæ indigentis repletio;  
 Sed signum operationis perfectæ & finis subsequens: quia volu-  
 ptas semper perfectam operationem comitatur, tanquam propri-  
 um sive accidens quoddam inseparabile. Ut enim sanæ operatio-  
 nes designant sanitatem: ita voluptas operationem perfectam.

*Arist. lib. 10. Ethic. c. 4. Acciajol. in comment. Ethic. lib. 10.  
 cap. 4.*

## XXXIV.

Voluptates porrò non sunt eadem, sed aliæ sunt humanæ, a-  
 liæ (p) beluinae: illæ quibus homines afficiuntur, hæ, quibus be-  
 luæ. Dende aliæ sunt propriæ, aliæ (q) alienæ: Propriæ actionem  
 promovent, impediunt alienæ. Postremo aliæ sunt puræ & sine-  
 ræ, aliæ impuræ & (r) mixtæ: illæ animi, hæ sunt corporis.

(p) *Arist. lib. 10. Ethic. Nicom. c. 5. (q) Idem lib. 7. Ethic.  
 Nicom. c. 12. (r) Idem lib. 3. Ethicor. Nicom. c. 1. lib. 10. eor.  
 cap. 5.*

## XXXV.

Ex hisce voluptatibus illæ duntaxat veræ & humanæ cen-  
 sendæ sunt, quibus vir bonus delectabitur: & hæ ex virtutum a-  
 ctionibus proficiuntur: his ipsa constituitur Beatitudo, quæ o-  
 mnium actionum nostrarum finis est.

B

Huma-





A D

Humanissimum & Doctissi-  
mum Dn. Respondentem de voluptate  
differentem.



Ic perge in sophicis coeptis fixusque  
maneto,  
SCHONBERGI, Sophiam sedu-  
litate legens.  
Perlege, coelestis sic te benedictio sti-  
pet,  
Summâ, quo patriam dexteritate regas  
Fortunetque Deus, ferat à te Ecclesia fructus,  
Dum discis Musas, iplaque sacra simul.

*Mattheus Francus  
Stetino Pom.*



*Udoxus voluit bonum voluptas  
Summum quod fiet, ast sat imperitè:  
Tantum splendidius bonum voluptas  
Facit, Nam veluti magis magisque  
Aurum, quod fuit arte perpolitum  
Claret: baud aliter bonumque claret,  
Quando dulcis adest modo voluptas.*

*Tra-*



*Tractando banc, traditur tibi voluptus,  
THOMA, qui mihi dulcis es voluptas,  
Ad te nam veniens venit loquaris  
Qualis, quid ve fiet bonis, voluptas.  
Pergas, sic aderit tibi hic voluptas,  
Post hac & melius manens voluptas,  
Credas, adveniet. Valeto longè.*

Ludebat


*Elias Berlin Rupino-March.*

FINIS.





STYLISCHES  
ALPHABET  
VON  
J. J. LUDWIG  
Ein Buchlein  
für  
die  
Kunst  
der  
Schule  
und  
des  
Haus  
von  
J. J. LUDWIG  
Verlag  
der  
Verlags  
anstalt  
von  
J. J. LUDWIG  
in  
Leipzig



S  
In In  
Dn





Umg. VI 26

= [Dissertationes  
Theol. Vol. 707]



Sb.

VD 17







92

TATIO XIV  
THICA

*De*

PTATE,

*Quam*

UNO ANNUENTE

ima Academia VVittebergensi,

PRÆSIDE

*Excellentissimo Philosopho*

BO MARTINI,

Pract: Philosoph. Pro-  
fessore publ.

*Proponit*

SCHONBERGIUS

no-Marchicus,

*embr. Horis Locoq; consuetis*

TEBERGÆ,

JOHAN. GORMANNI.

M. DC. XIV.

